dulas frigida tunc bene infrigidatur
aer. Et similiter qui tenetur in camera aqua
frigida in concavis et aliis vasis et sepe
renovatur. Et fit quod in camera sternuntur
herbe flores et rami et folia arbo
rum cum rore de mane collectorum aspersorum
sorum aqua frigida aut rosata et sunt ex
herbis floribus et ramis frigidis odori
feris vel odorificatis cum rosis et sandalis
et camphora et violis et liliis. Et quidam
ponunt in camera caladri sive canistri
in quibus sunt ordines de frustis fructuum f.
odoriferorum aspersorum aqua rosata. Et similiter
sunt in camera ordines calathorum in quibus
sunt nenufar et salices super que pulveriza
ti sunt sandali et camphora et super que
distillatum est parum vini odoriferi. Et
enim hoc ultimum in bonitate quia illud
vinum paucum portat virtutem illorum odo
riferorum ad infirmum et pervenit cum eo.
Quidam ponunt in vasis ramulos inter
ti consimili aspersos. Et quidam sternunt ramos
et folia populi. Quidam tamen ea prohibet
moti quibusdam rationibus ad ponendum arbo
re populi esse talis complexionis hic certe
prohiberi non debet. Cum de ipsa tertio autor
arbor populi ponatur frigida ut patebit
in secundo de simplicibus suo tamen. Et ratio
nes illorum satis debiles sunt et sic dixit
autem quod domus sive camera in qua ia
cet infirmus esse proximi temporis ex quo
lutata fuit luto tamen semento seu calce
quibus nos utimur in constructione et luta
tione domorum quoniam camera eius de novo
lutata calefacit aerem. Et propter hanc
rationem vituperavit Galenus in libro de uti
litate respirationis domos novas li
nitas calce licet sit lutata domus seu
camera luto terre quoddam quo uti
tur sarracenum quod est frigidum et
humidum in quo aliquid permiscet pale
as ut melius sustentetur. Sed dixit autem
melius lutum est illud in quo loco pa
lee ponitur totum papiri id est lanugo
quedam similis papiro que nascitur in summita
te iunci aquatici de quo antiquitus
solebant facere cartas ad scribendum de
quibus cartis adhuc alique repe
riuntur que dicebantur carte papiri
de quibus autem tractatum facit in 2° can.
Et ipse combuste intrant in multis
receptis et non sunt ille quibus nunc uti
mur. Et istud lutum est melius quoniam per
illud totum participat frigiditate et humi
ditate. Et domus noviter facte de isto
luto sunt meliores febricitantibus quia
frigidiores et humidiores. Iste autem
domus de calce facte et antiquate
meliores sunt eis quam nove propter oppositam

rationem. Et ad maiorem aeris infrigida
tionem dixit avicenna ponatur stratus super la
tinia vel aliud vas aqua plenum co
opertum cum rethi vel alia quaque refora
minibus plena ut per illa ascendat aer
infrigidatus ad lectum patientis. Et sit
stratus sive lectus super quem dormit
ex tabari in corio flatu impleto quasi
velit per hoc avicenna prohibere lectum
de non solum plumis sed et de lana et bom
bace et pellibus. Nocte autem in nostris
partibus homines delicate vivere assuefacti
tales stratus spernunt et volunt in plumis
iacere in quibus frequenter superflue cale
fiunt quare plumes fecit apponi aliquam
culcitram sive coopertorium sive lineum vel bo
mbacinum et super ipsum ponit lintheamen
super quo habet egrotans iacere. Et
coopimenta stratus debent esse linea
vel bambacina vel de serico subtilia
et levia non tamen cooperiri multum adherea
odorat res odoriferas frigidas vio
las sandalos nenufar camphoram
et lilia. Et fugiat ab odoriferis cali
dis. Et omnis olfactio calida aeris fe
bricitantibus est nociva. Dixit rasis
16° continentis In principio principii per ex
usum occupatio cum pannis calefactis et
etiam cooperientibus bona erit cum ipsa
subveniat super velocitate in ascensio
ne tiens enim fit et compleatur augmentum
tamen in statu discoopertio erit melior si
aer fuit equalis et simplex et multo
magis si fuit calidus. Si vero fuit
frigidus tunc discoopertio noceret in
principio etiam ubi conveniunt coopertura
magis quam in augmento quam in
statu. In statu autem discoopertio fortas
se non noceret nisi apud casum sudo
ram per sudorem. Quidam tamen ex prac
ticantibus prohibent febricitantes tan
gi aeribus frigidis actu in omni tempore
febris. Et percipiunt eis mane cooperiri
secundum universum corpus post faciem plus tamen et
minus secundum manerie febris et complexionem egro
tantis et qualitate temporis et regionis
Et hoc ne ab actuali illa frigidita
te exterius approximata natura ingrossetur
pori cutis constringatur et vapores fuligines
retineantur et retenti inflamentur et febrem
augeat. Et dicunt hoc in nullis avicenna
de cura putridarum in generali permittant
tamen unde posse ut aer infrigidatus ad
ipsam faciem et ora pervenerat ut frigidus
inspiretur ex frigidus perveniat ad cor extin
guendum vel saltem remittendum calorem febri
lem in eo in quo remissus sequitur cum initio
in remisso corde. Et sic iste prohibet ne pu
tride febricitantes discooperiat membra sua

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs224/0093
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg